Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

causam quidem sciencie ac veritatis existentem, que per intellectum possit percipi. hys igitur utrisque decoris et honeste sciencia scilicet ac veritate, aliud tamen ab hys honestius ac melius existimans recte cogitabitis. quippe veritatem ac scienciam ut illic visum atque lucem soliformia quidem putare equum est, solem vero dicere ea non equum. sic hec vicissim boniformia utraque arbitrari rectum, ipsum autem bonum credere non rectum. Nempe multo amplius boni speciem censeo colendam. Gla. In me sane profecto quandam narras bonitate. So. Meliora dic inquam, verum illius magnitudinem hoc modo spectato. Gla. Quo inquis. So. Solem certe visibilibus non solum potencia ut arbitror dicebas prestare, verum generatione et + preterea cum generatio tamen nequaquam ipse sit. Gla. Quo enim. So. Sic et intelligibilibus similiter ut dignoscitur quidem non solum a bono potenciam prestare unum esse, et ab illo essenciam simul adhiberi cum essencia neutiquam sit, sed essencia excellencia potestate que precellat. Capitulum decimum quartum distinctio visibilis et intelligibilis partis et queadmodum ad corpus et animam sese habeant Glauco Socrates

Tum glauco in risum effusus o divina appollo inquit et mirabilis yperbola. So. At tu profecto causa es inquam que decreo michi videantur aperire. Gla. Ne desinas utique inquit nisi prius que ad solem non nichil similitudinis habuerint edisseras igitur si quid omisisti. So. Atqui plurima reliqui inquam, ceterum quo ad possibile in me fuerit sponte non omittam. Gla. Haud inquid arbitror. So. Animadverte itaque quemadmodum hec duo fore diffinivimus et alterum in intelligibili, alterum in visibili genere atque loco preesse diximus, ne quid celestis circa nomine nobis referret sophismatibus dicam initi, attamen hec duo habes grandia intelligibile.

+ augmentum nutricionemque +

// tamen

Deus omnes precellit essencia